

Band IV., Nr. N168, Seite 469-470

Papst Innozenz IV. beauftragt den Propst der h. Dreifaltigkeitskirche zu Speyer mit dem Vollzug des eben genannten Entscheids des Kardinaldiakons Richard von St. Angelo betreffend die Wiedereinsetzung des Klosters Odenheim in den Besitz der Kirche zu (Groß-)Gartach und die Verurteilung des Albert von Hohenstein zum Schadensersatz.

Lyon, 1250. Dezember 3.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio . . . preposito ecclesie sancte Trinitatis Spirensis salutem et apostolicam benedictionem. Cum in causa, que vertebatur inter dilectos filios . . . abbatem et conventum monasterii de Othenheim, ordinis sancti Benedicti, ex parte una et Albertum de Howesten, canonicum ecclesie Orenghowensis, Herbipolensis diocesis, ex altera super ecclesia de Gartach ad ipsorum abbatis et conventus collationem spectante, quam idem canonicus auctoritate litterarum dilecti filii . . . Rauennatis tunc Ferrariensis electi fungentis legationis officio in partibus Alamannie sibi conferri fecerat, demum ad nos per . . . abbatem sancti Stephani Herbipolensis et collegas suos, quibus commiseramus eandem, remissa dilectum filium nostrum R. sancti Angeli diaconum cardinalem concesserimus auditorem, idem cardinalis cognitis cause meritis et iuris ordine observato, dictis abbate et conventu per procuratorem legitimum comparentibus coram eo, dicto canonico nec per se nec per alium aliquatenus comparente diutius expectato, diffinitivam pro eisdem abbate et conventu sententiam promulgavit ipsi canonico super eadem ecclesia perpetuum silentium imponendo. Quare iidem abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut, cum nos sententiam ipsam duxerimus confirmandam et dictus canonicus detineat prefatam ecclesiam occupatam, ad restitutionem ipsius ecclesie cum fructibus ex ea perceptis a tempore occupationis huiusmodi et ad satisfaciendum eisdem abbati et conventui de dampnis et expensis, que hac de causa subiisse noscuntur, compelli mandaremus canonicum memoratum. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis quod canonicum fuerit appellatione remota decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

 Datum Lugduni, III. nonas Decembris, pontificatus nostri anno octavo.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Die ehemals angehängte Bulle fehlt. Auf der Plica rechts unten *P. B.*, auf dem Rücken in der linken Ecke oben *Y*, etwas weiter rechts ist ein Hundskopf, wie es scheint mit derselben Tinte, mit der die Urkunde geschrieben ist, dann folgt in der Urkundenmitte unterhalb des Oberrandes *P. D. ass* mit Abkürzungszeichen, darunter *C*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 22

Regesten:

Schmidt: Papsturkunden, Bd. 1, S. 147, Nr. 324.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lyon

Aussteller:

Innozenz IV.; Papst

Ortsindex:

Deutschland
 Ferrara, Emilia-Romagna, Italien
 Großgartach
Wohnplatz (2040)
 Großgartach, Leingarten, HN
 Hohenstein
Wohnplatz (895)
 Hohenstein, Bönningheim, LB
 Lyon, Dep.
Rhône, Frankreich
 Odenheim Wohnplatz (5432)
 Odenheim,
Östringen, KA
 Ravenna, Emilia-Romagna, Italien
 Speyer,
SP
 Würzburg, WÜ
 Öhringen Wohnplatz (2576)
 Öhrin-
gen, KÜN